



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

**Luxemburgi, 1740**

XXXIII. Conceduntur Privilegia Cappellanis Communibus Sanctitatis Suæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

1731.

sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem proslus fides ubique locorum habeatur, quæ ipfis præsentibus habetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 2. Maii 1731. Pontificatus nostri anno Primo.

F. Card. Oliverius.

XXXIII.

Conceduntur Privilegia Cappellani Communibus Sanctitatis Suæ.

Huius similes sunt Constatut. a Prædecessoribus Pontificibus editæ, ad suæ Cappellæ Cappellanos ornandos privilegiis.

Dat. die 18.  
Maii 1731.  
Pont. An. I.

## CLEMENS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**G**ratia familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Franciscus Velli Prænestin. Basiliæ S. Petri de Urbe Clericus beneficiatus, Philippus Vinciguerra Romanus Secularis, & Collegiatæ Ecclesie Sancti Angeli in Foro Piscium etiam de Urbe Canonicus, Joannes Decius Soran., Dominicus Antonius Carlucci Perusini, Franciscus Feliciani pariter Romanus, Franciscus Xaverius Brunetti Senogallien. Civitatis, vel Dicæsis, Presbyteri, moderni Cappellæ Nostræ Pontificia Cappellani, familiares Nostræ, Nobis & Apostolicae Sedi haçtenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vita ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, quibus eorum personas tam familiariter experientia, quam etiam fide dignorum testimonis, juvari percipimus, Nos inducunt, ut illis reddamus ad gratiam liberales. Hinc est, quod Nos volentes illas specialibus favoribus & gratis &c.

*Quæ sequuntur lege in landatis Constitutionibus.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Maii 1731. Pontificatus Nostræ Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

XXXIV.

Confirmatur Decretum Magni Magistri, & Consilii Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, quo nonnulla statuuntur ad abusus tollendos in exmutatione Commendarum ejusdem Ordinis, earumque concessionem.

Dat. die 18.  
Maii 1731.  
Pont. An. I.

## CLEMENS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Exordium.

**M**ilitantis Ecclesie regimini divina dispositio-  
ne præsidentes, illa, quæ pro felici, &  
proficia Dignitatem, & Munerum ecclesiastico-  
rum quorumcumque, & præsertim Ordinum Mi-  
litarium, egregiam Reipublicæ Christianæ ope-  
ram navantium, prævisione, ac præcavendis li-  
tibus & controversiis, que suboriri possent, pro-  
vide prudenter declarata & decreta fuisse no-  
scuntur, ut firma atque illibata permaneant,  
Apostolici munimini Nostræ præsidio, cum id  
a Nobis peritur, libenter constabilius.

Cause editi  
Decreti a  
Consilio Hos-  
pitalis &c.

§. 1. Exponi liquidem Nobis nuper fecer-  
unt dilecti filii Magnus Magister, & Consilium Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani,  
quod ipsi ad tollendos abusus, qui in-  
troduci fuerant in provisionibus Dignitatum & Præceptoriarum seu Commendarum dicti Hos-  
pitalis, de quibus aliqui statim post smutitionem,  
qua aliud non est, quam pura nomina-  
tio, sibi jus esse disponendi, seu novam finu-

titionem petendi in casu obitus seu cessionis,  
aut resignationis nominatorum, existimabant,  
etiam si jus stabile in illis minime acquisivissent,  
adeoque ob defectum eorumdem nominatorum  
ante collationem, seu adjudicationem Dignita-  
tum & Præceptoriarum seu Commendarum hu-  
jusmodi, sic smutitarum, uti vacantes confi-  
derari nequirent, novissime declarationem &  
decrevum, nemine discrepante, ediderint, te-  
noris sequentis videlicet -- Fr. Dominus Antonius  
Manuel de Vilhena &c. Magister &c. Notum  
facimus & attestamur, qualiter infrascriptum  
Decretum extractum fuit ex libro Conciliorum  
in Cancellaria Nostra conservat., cujus tenor  
&c. -- Die 15. mensis Martii 1730. ab Incar-  
natione - Eminentissimus & Reverendissimus D.  
Magnus Magister, & Ven. Consilium justis de  
causis moti, ac menti statutorum, & ordinationum  
Capitularium inherentes, cum suffra-  
giorum scrutinio, nemine discrepante, decla-  
raverunt & decreverunt, ut quotiescumque in  
Venerandis Linguis, vel Prioratibus ad exmu-  
tationem alicujus Dignitatis vel Commendæ,  
favore Fratris Antiani capacis ob concurren-  
tium pluralitatem deventum fuit, ad novam  
Dignitatem seu Commendæ hujusmodi exmuta-  
tionem nullo quæsto colore, ingenio, vel  
causa procedi nequeat: Nec aliqui ad illius re-  
signationem ab Eminentia Sua admitti valeat;  
qui potius alteri ex concurrentibus per Ve-  
nerandum Concilium adjudicata extiterit; & sub-  
inde per illos cestum vel decestum, sive pri-  
vationem vacaverit; tunc enim, adepto scilicet  
certo titulo, novam veramque vacationem  
induci, ac novæ exmutationi locum esse dixe-  
runt, siveque, & non aliter servari mandave-  
runt. - Et quia ita se habet veritas &c. Datum  
Melita in Convento nostro die 15. mensis Martii  
1730. Reg. in Cancellaria &c. Bajulius Fra-  
ter Emanuel Pinto Vice-Cancellarius - Loco +  
sigilli magistralis -.

Decretum  
Consilii.

Magni Ma-  
gisti & Consilii  
expositio  
latio pro De-  
cr. hujus A-  
postolicae as-  
sequenda  
confirmatio-  
ne.

§. 2. Cum autem, sicut eadem exposicio  
subjungebat, dicti Exponentes, declarationem  
& decrevum prædicta, quamvis æquissima, ac  
insimil etiam valida, & inviolabilia, utpote  
stabilitatem & ordinationibus Capitularibus  
conformia sint, nihilominus illa ad majorem  
cautelam, vim & securitatem ad ejusmodi abu-  
sus eradicandos Apostolicae confirmationis No-  
stræ robore communiri summopere desiderent;

Nos Magnum Magistrum, & Consilium præ-  
dictos specialibus favoribus & gratis prosequi  
volentes, & eorum singulares personas a qui-  
busvis excommunicationis, suspensionis, & in-  
terdicti, aliquaque ecclesiasticis sententiis, censu-  
ris, & penit a jure vel ab homine quavis oc-  
casione vel causa latis, si quibus quomodolibet  
innodatæ existunt, ad effectum præsentium  
dumtaxat consequendum, harum serie absolu-  
entes, & absolutas fore censentes, supplica-  
tionibus eorum nomine Nobis super hoc hu-  
miliiter porrectis inclinati, declarationem & de-  
crevum Magni Magistri, & Consilii prædicto-  
rum, facta ut præfertur, cum omnibus & sin-  
gulis in eis expressis, auctoritate Apostolica te-  
nore præsentium confirmamus & approbamus,  
illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur  
adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti  
defectus, si qui desuper quomodolibet interve-  
nerint, supplemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere &  
fore, suoque plenarios & integros effectus  
sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat,  
& pro tempore spectabit, in omnibus & per  
omnia plenissime suffragari, & ab eis respective  
inviolabiliter observari; siveque in præmissis per  
quoscumque Judices ordinarios & delegatos,  
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,

Quæ eis con-  
ceditur.

Sicque sem-  
per ubique  
servari præ-  
cipitur.